

Andreas Daniel Habichhorst Johannes Hacke

De Amicitia

Rostochi[i]: Richelius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730577236>

Druck Freier  Zugang



RU phil 1660

Andr Senil Habichtmont

Johannes Nache



12
QVOD DEUS BENE VERTAT!

DE

AMICITIA,

CONSĒNSU

Amplissimi Philosophorum

Collegii,

SUB PRÆSIDIO

Præcell. & Clarissimi V R I,

DN. ANDREÆ DANIELIS
HABICHTHORSTII,

Phil. Mag. & P. L. Cæf.

Ad d. 12. Dec. hor. matutinis

In AUDITORIO MAJORI

disputabit,

JOHANNES HACKE,

Razeb. Sax. Phil. & Jur. Stud.



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat.

ANNO clc elc l.X.

*H. Rato & Er
m. Steph. H
Erdlefiast
& Cutbroder
Faut & Prom
sus astian
Sal. & per
nri un
alper*

OPUS POSTUMUM

AMICITIA

CONS. NSII

Archiepiscopi Philofohenum

Collat.

STREPSIS

Præf. G. C. Schumacher

DR. ANDRÉ DANIELS

HABICHTHORST

1884

In A. D. O. M. A. J. O. R.

de W. A.

JOHANNES HANCKE

Rostock

The Johannes Hanckel, 1884

ANNO 1884

Auspice JESU Φιλαθρώπῳ!

Non damus apinas aut tricas, quando Amicitiam. Tanta
 argumenti hujus dignitas est, ut Aristoteles duos id i-
 plium deducturus adornaverit Ethicorum libros, octavum
 sc. & nonum, nec non Suadae Princeps laudibus amicitiae
 immoratus totum illis sacraverit Lælium. Neq; v. posthabe-
 dum quod sapientum Coryphæi undiquaq; commendant. Ita n.
 de amicitia Aristoteles l. 8. Ethic. c. 1. *Amicitia aut virtus quodam est,*
aut cum virtute, & res ad virtutem maximè necessaria: absq; amicis n.
vivere, licet cetera bona omnia suppetere, eligeret nemo, nam & divites
& Principes maximè indigere amicis videntur &c. Ita Cicero: *haud*
scio, an quidquam excepta sapientia melius homini datum sit à Diis im-
mortalibus Amicitia. Si ergo & nos hâc vice pauculis eandem adum-
 braverimus pagellis, actum nos acturos non existimamus. Esto
 igitur

POSITIO I.

Amicitia est *ἡλικία ἐν ἀντιπροσθῆσι μὴ λαθάνουσι*, be-
 nevolentia mutua non latens Aristot. l. 8. Eth. c. 2. vel ut
 alii: Est amor mutuus inter homines non occultus neque
 incognitus sed perspicuè actuosus & officiosus, & quidem
 ob bonum aliquod amabile.

S. I.

Definitio hæc generalis est, specialiorè suppedi-
 tabimus, ubi
 divisione datâ perfectam amicitiam explicaverimus. Defi-
 nitum Cicero derivat ab *amando*: absq; n. amore amicitia
 subsistere non potest, quamvis non statim ubi amor, ibi quoq; ami-
 citia: possumus & debemus amare multos imò omnè proximū no-
 strū, quibuscum tamen amicitia nobis non intercedit: amor latere
 potest & reciprocū nō statim requirit, amicitia v. est amor vel bene-
 volentia mutua nō latens, uti ex datâ Arist. definitione innotescit.

§ 2. Notetur verò ambiguitas: Accipitur n. (1) pro qua-
 cumq; rerum naturalium connexione, vel convenientia, qua una
 alterius gaudet commercio (2) pro Affectu qui est inter hominem
 & brutum: sic homo canem amat amicum & canis hominem.

▲

(3) pro

(1) pro omni societate & communione hominum. Sicut e. societas & communio, ita amicitia latè accepta est vel *naturalis* vel *Civilis*. Arist. l. 8. Ethic. c. 9. *Naturalis* est quam naturalis conjunctio conciliat estq; vel *consanguinea* vel *nuptialis*. *Illà* est vel parentum & liberorum, vel liberorum inter se, vel cognatorum, *hec* vel inter Maritum ex uxorem, vel inter affines. *Civilis* amicitia est, quam societas rerum civilium conciliat estq; vel Magistratus & subditorum, vel subditorum inter se. (4) pro mutuà inter homines benevolentia nec occultà nec incognitâ: quemadmodum heic illud accipimus.

§. 3. *Genus* constituit Philosophus *Eueras* s. *Benevolentiam*, quæ est bona qv. voluntas, quâ benè alicui volumus. Estq; vel *Generalis* quæ bona volitione tantum terminatur, vel *Specialis* quæ ipsum velle per beneficentiam manifestum reddit. Hanc aliàs practicam, illam verò theoreticam salutari non est insolens. Non en. heic, ubi de *Genere* nobis sermo est, specialem intelligimus benevolentiam sed generalem.

§. 4. Quod a. *benevolentia* sit *Genus* amicitia, cum ex ejusdem essentiali competentia, tum ex majori latitudine probatu facilimum est. *Benevolentia* n. (1) de Amicitia prædicatur essentialiter aut Synonymicè, ita tm. ut sit (2) latius ipsâ amicitia, nec cum specie recipiari queat. *Illud* exinde liquet quod benevolentia sit volitio, quâ alter alteri benè vult; hanc a. generalem esse amicitia naturam primumq; ejus fundamentum vel principium, sine quo consistere amicitia natura non potest, ecquis negabit? Unde est, quod Arist. benevolentiam dicit *ἀρχὴν τῆς Φιλίας* l. 9. Eth. c. 5. *Hoc* v. inde constat, quod (1) benevolentia sine mutuo amore subsistere queat, amicitia non item (2) benevolus generaliter sumtus præcisè alteri benè velit ac cupiat, licet facere non curet, quod tn. amicus apprimè observat (3) benevolentia inter ignotos & occulta esse possit, amicitia verò minimè. Id quod *Differentia*, quæ benevolentiam determinat, deinde demonstrabit.

§. 5. Caterum prolixè aliàs de *Genere* hoc disputari solet, dum illi *virtutem*, isti *unionem*, hi v. *amorè* constituunt. Nobis verò integrum jam non est, omnium heic recensere opiniones earundemq; expendere ra.

dere rationes & refellere; Commentatoribus idipsum paginarum
copiâ instructis relinquentes hoc saltem dicimus: qui pro *amore* pu-
gnant, parum aut fortè nihil, qui pro *unione* magis, qui tandem
pro *virtute* maximè hallucinantur. Neq; v. quod cum Aristotele
præstituimus amicitia genus pro accuratissimo heic venditamus.
Ecquis n. quod directè in prædicamento non est, accuratè & legi-
time definiverit?

§. 6. Nihilominus tamen *Differentia* quasdam particulas ad-
scribere Logicae vestigiis insistentium non nihil interest. Desumi-
tur a. *Differentia* (1) à *subjectis*, quæ sunt homines, unde in bruta & in-
animata non cadit (2) à *forma* quæ consistit (a), in *Reciprocatione*,
juxta quam benevolentia *mutua sit atq; reciproca*. Non n. ad amicitia-
am satis est, ut unus tm. amet, aut benevolentia prosequatur alte-
rum, sed requiritur *απ' ἀλλήλων*. Arist. l. 8. Ethic. c. 5. Inde est,
quod ibid. c. 8. Amicitiam consistere docet *ἐν τῷ φιλεῖν καὶ ἐν τῷ*
φιλεῖσθαι in amare & amari, quorum hoc ut magis amabile & hono-
ris qu. indicium quamvis à multis præeligatur, amicitiam tm. pro-
priè non constituit, sed *amor activus*, cum 1. virtutum omnium non
tam sit passio & possessio quam actio & exercitium & 2. *amari*
nemo per se expetat sed propter aliud. Id verò de amore activo
qui præstantior est passivo dici non posse Aristot. inter alia com-
probat amicitia quæ inter matrem est & liberos naturali vid. l. c.

§. 7. (b) *In Manifesta declaratione*, quæ exprimitur hæc verbis 1. *ne-*
gativis, dum dicitur *non occulta neq; incognita*: Inter ignotos n. ami-
citia non datur. Unde istam heic benevolentiam excludimus,
quâ prosequimur vel diligimus ignotos, aut illos quibus de bene-
volentia nostrâ minimè constat. 2. *positivis*, dum additur *perspicue*
ætuosa & officiosa: Amici n. non tantum est bene velle, omniaq;
bona precari amico, sed etiam benefacere mentemq; bene-
volam signo quopiam & rerum testimoniis adeoq; affectum effe-
ctu comprobare. Quapropter sublatis hujusmodi beneficiis vel
officiis, quod inter absentes fieri consuevit, tantum non ipsa dissol-
vitur amicitia.

§. 8 III. Sumitur differentia à *causa finali vel impulsivâ* quæ
est *bonum aliquod amabile* h. e. vel virtus vel jucunditas vel utilitas,

propter quos fines amicitia in tres species dividitur, uti ex proxime subjungendis id ipsum apparebit.

POSITIO II.

Amicitia dividitur in perfectam & imperfectam: Perfecta dicitur Honesta; Imperfecta est vel utilis vel jucunda.

§. 1. Quæ involuta sunt Divisio evolvit, quod heic etiam futurum confidimus. Quia n. Amicorum non eadem mens est aut vitæ ratio, siquidem haic virtus aut honestum, illi jucundum, isti v. utile arridet, ex inde triplex oritur amicitia, quarum illa, quæ sibi finem proposuit virtutem, *honestæ* adeoq; *perfectæ* & propriè amicitia; quæ v. jucunditatem *jucunda*, quæ utilitatem respicit *utilis* utraq; *imperfectæ* & per analogiam tantum amicitia dicitur Arist. l. 8. Eth. c. 3. & 4. de imperfectis hæc th. de perfecta in seqv.

§. 2. *Jucunda est*, quæ propter voluptatem & jucunditatem hominum animi devinciuntur. Hanc amicitiam in *juvenibus*, qui secundum affectus magis vivunt suasq; actiones voluptate & jucunditate plerumq; metiuntur præcipuè dari adeoq; propter instabiles eorundum affectus & mores instabilem censerit Arist. tradit l. 8. Ethic. c. 3. Et quomodo stabilem hanc dixeris, cum voluptas ipsa quam intendit perpetua non sit? juxta illud Græcorum: *ἔπιστῶ πῶς προπνοῖστί τὴν ἀπολαύσιν*, est mixta dolore voluptas.

§. 3. *Utilis* amicitia est, quæ propter commodum & utilitatem suscipitur. Hanc v. à *senibus* & iis qui senum vitio laborantes omnia ad quæstum referunt maximè coli Arist. docet. l. 8. c. 3. Neq; v. ab his solum amicitia utilitate æstimatur, verum etiam

Vulgus amicitias utilitate probat.

Ovid. l. 2. Pont. Eleg. 3. ubi & subsequens legitur:

Illud amicitia quondam venerabile nomen,
Prostat & in quæstu pro meretrice sedet.

Cujus a. sit roboris (1) ejusdem *finis* satis indicat, quo sublato & cessante ipsa ultro expirat & (2) *querela*, quibus hæc præ aliis maxime est obnoxia.

§. 4. Dividitur in *legalem* & *moralem*; in illâ compensantur beneficia & officia ex antecedente pacto & lege, in *hæc* a. retri-
butio

butio non fit ex aliquo pacto, sed ex benevolentia & libero utriusq; arbitrio, secundum morem & consuetudinem communem.

§. 5. Cæterum etiam imperfecta hæc amicitia vel *Homo genea est vel Heterogenea*. Illam dicunt, quæ propter unam eandemq; rem, aut tantum propter utilitatem aut tantum propter incunditatem; Hanc v. quæ propter res diversas expetitur, qu. sc. unus jucunditatem, alter quærit utilitatem. Posteriores hanc Arist. l. 9. c. 1. Exemplo cujusdam hominis hunc in finem cum Citharædo amicitiam contrahentis, ut fidibus canere disceret ita declarat: *Ille, inquit, Citharædo quanto melius caneret, tanto plura pollicitus fuerat; cum a. Citharædus repeteret manè, quod ipsi fuerat promissum, voluptatem pro voluptate se reddidisse dixit.*

§. 6. Deinde ad imperfectas quoq; referimus, quæ inter improbos contrahitur. Isthanc n. colluviem non ex virtutis aut honestatis, sed vel prædæ, vel lucri, vel voluptatis amore in rebus malis atq; illicitis conspirare perivium est.

§. 7. Quid? quod illa quoq; huc pertinet, quæ inter inæquales colitur, ut inter senem & juvenem, præceptorem & discipulum, maritum & uxorem, Magistratum & subditum &c. Quando n. v. g. Viri principes cum subditis vel inferioris sortis hominibus amicitiam incunt, tales præprimis qui vel laboriosi & solertes sunt ad negotia expedienda, vel faceti & moriones ad conciliandam hilaritatem adsciscere solent. Quod etiam Germanicum illud confirmat: *Wann ein geringer Mann eines grossen Herren Freund ist/ so ist er entweder sein Varr oder sein Esell.* Keckerm Syst. Eth. c. ult. Stultè igitur sentiunt, qui valde sibi gratulantur, ubi fortè cum Magnatibus crebrò conversandi locum inveniunt. Horat. l. 1. Epist. 18.

Dulcis in expertis cultura potentis amici;
Expertus metuit.

POSITIO III.

Amicitia perfecta est benevolentia mutua inter aliquos homines æquales & probos, non occulta nec incognita sed perspicuè actiuosa & officiosa, ex probitatis cognitione consurgens & ad vitæ honestæ conjunctionem perducens.

§. 1. Præsuppositis quæ in genere jam supra delibavimus, hic tm. speciliora subjungemus, & quidem 1. *subjectum* quod describitur (a) à *Quantitate*, quod sc. perfecta amicitia non sit inter multos, sed aliquos tantum & paucissimos. Idq; 1. propter *explorationis difficultatem*. Ad veram amicitiam diurnam exploratione opus est; plurium a. animos & mores difficulter explorare possumus 2: propter *officiorum* quæ ad veram & perfectam requiruntur, *varietatem*, quæ sunt: amicum amare ut se ipsum, eidem consentire, idem velle & nolle, moribus similem esse, in utraq; fortunam tam dolendo quam gaudento valde placere, benefacere &c. At v. quisnam hoc, ubi plurium amicitiam dissentientium & litigantium sibi conciliavit, præstare potest? Tantum abest, ut, qui omnibus placere studet, amicus sit, ut etiam nemini tandem placeat. Dolere simul & gaudere cum multis factum est difficillimum. Pulchrè igitur Plutarchus: *Si ex multis*, inquit, *unus ad cœnam rogat, alius ad funus, alius ad nuptias, alius ut in foro sibi sit Advocatus &c. quis par his omnibus eodem tempore esse possit?* Vitare igitur extrema à *Φιλίας* & *πλυ-Φιλίας* bonis viris omninò convenit.

§. 2. (b) à *Qualitate*, quod sc. honestam hanc amicitiam in euntes sint (1) *æquales* & quidem vel ætate vel dignitate &c. Si n. accedat inæqualitas alterq; amicorum tantos in virtute faciat progressus, ut vel potentior fiat vel ad summum honoris fastigium ascendat, eo quo antea modo conversari cum ipso non facillè poteris. Cum primis a. æquales sint virtutis studio, h. e. sint (2) *boni & probi*: Hinc Arist. 1. 8. c. 3. *sola bonorum & virtute similibus amicitia perfecta est*: Probitas n. sua natura est amabilis. Inde cum ex bono sit improbus amicitia dissolvitur. Sicut a. amico in malis non est assentiendum, ita nec mali aliquid in gratiam ejus agendum, ne sc. improbis videamur similes, perq; amicitiam hominù Dei nobis contrahamus Inimicitiam. Inde Cicero 3. off. *Cum in amicitia quæ honesta non sunt postulantur, Religio & fides anteponenda sunt amicitia*. cui & geminum est illud Periculis: *gratificandum amicis sed usq; ad aras*. Quod adeò necessarium, ut sine pietate & consensu in Religione amicitia esse non possit; quin potius determinatur, ubi Religio- nis diversitas intercedit.

§. 3. No.

§. 3. Notamus porrò *Affectiones*, quæ sunt (1) *difficultas*: Requirit n. culturam omnium fermè virtutum, e. g. prudentiæ, justitiæ, mansuetudinis, liberalitatis, veritatis, constantiæ, candoris &c. Jam verò, quibus virtutes ejusmodi cordi sunt, non ubiq; inveniuntur; Quin potius reperire licet instabiles, varios, simulatores, injustos & tales quos non nisi longo-tempore perfectè cognoscas. (2) *Raritas*, quia tantùm inter bonos est, quorum numerus valdè exiguus, uti ex jam dictis patescit: quid? quod pauci adversos amicorum casus perferre cupiunt. (3) *stabilitas*, quia (a) virtute tanquam re stabili nititur (b) est ἀδιάκλητος i. e. non obnoxia suspicionibus, nec locum relinquit calumniis neq; admittit querelas, quod quidem reliquis amicitias accidit Arist. l. 8. c. 4, 5. & 13. (c) vir bonus turpia, quibus dissolvatur vinculum, neq; ipse perpetrat, neq; ab aliis exigit. Contrarium accidit amicitias illorum, qui jucunditatem vel utilitatem solùm respicientes in malis conspiciunt. Quò etiam referas licet vitream illam inter pocula contractam, quæ vel cum vino simul exhalat, vel majus subinde malum aut miseras contrahit, unde illud Poeta:

Scilicet exhausto quando fit unio vino,

Unio causa mali fortè futura novi.

Scilicet exhaustis exhausta est unio poclis:

Nec mirum est musto nata perire mero.

(4) *Utilitas*, quia virtute nihil utilius & amicitia talis ad res quasq; pulcherrimas peragendas ut plurimum conducit. (5) *Jucunditas*, quia virtute nihil est jucundius, neq; ulla voluptas solida, nisi quæ virtute nititur, vel ex ejusdem actione percipitur. (6) *perfectio*, quam ex jam dictis satis superq; colligimus.

§ 4: Addimus tandem *causas* & quidem (1) *Efficientem* quam dicimus virtutis vel probitatis cognitionem & prælectionem. Liberè enim è multis eligimus quem bonum & cui cordis secreta credamus, dignum exploravimus. Alii causam statuunt fortunam, non nulli Fatum, multi Naturam, quidam conversationem aut societatem in honoribus & rebus tum secundis tum adversis, hic indigentiam, ille oblationem & utilitatem &c. Nos quid de illis sentiamus breviter studiosi paucis tantùm delineamus. Nimirum

mirum priora quæ adducuntur longius petita sunt, & tantum non
inopia; posteriora quidem calcar addere haud obscurum aut com-
mitari amicitiam largimur, veras a. & proximas agnoscere causas
nobis non est integrum. (2) *Finalem*, quæ vel *secundaria* sc. Amici
salus, vel *primaria*, veræ sc. honestatis & virtutis in vitâ humanâ
exercitium: aliud qui expetit, à verâ Amicitia aberrat. Quisquis
igitur amicos expetit,

Semper agas prudens & honestum respice

FINEM.



COROLLARIA.

1. **A**N Æquator apud Lucanum rectè dicatur circulus
alti Solstitii? Aff.
2. An *via sexta per ambas* apud Virg. l. 1. Georg. & *Currus
nimium propinqui Solis*, ap. Horat. l. 1. od. 22. sit Eccliptica? A.
3. An *Obliquus signorum ordo*, apud Virgil. ibid. sit Zodia-
cus? Aff.
4. An juxta Virgil. & Horat. l. cit. aliosq; Poetas zona
media

— — — — — *torusco*

Semper Sole rubens & sorrida semper ab igne,

Et extrema

Ceruleâ glacie concretae atque imbribus atris


sint terræ domibus negatae, vel inhabitabiles? Neg.

5. An apud Ovidium gemini Triones dicantur pro-
priè sicca? Neg.

6. *Amicitia vera & ingenui amoris proprietates:*

libenter loqui de illis quos amamus; libenter aliquid propter a-
micos pati. Nihil habere antiquius, quàm inceptam amicitiam
confirmare & propagare. Libenter audire mentionem fieri ami-
corum. Delectari præsentia amici: Amicorum amicos amare.

7. Christiano quidem res suas iudicio licet experiri,
non tamen promiscuè omnes, neq; coram quovis iudice.





Allere jam sancto sub amici nomine, laus est;
Nunc sub AMICITIA sæpè venena latent.

Quæ sit AMICITIÆ virtus, quæ candida virtus
Existit, thesibus tradis, Amice, tuis.

Tradere perge theses tales inimicus & hostis
Fraudis: amicitiam quæ scelus odit, ama.

Te sic te quivis virtutis amator amabit;

Sic, probus ipse, probis semper amicus eris.

Henricus Rabnc, J. D. & P.



Si vera esset amicitia locus, omnia jura
Nulla forent: vacua libibus ecce! domus.

Copulat hac pagos, atque urbes continet amplas:

Justitia prior est cultus amicitie.

In genere & specie dicetis amicitiam; sed

Dic individuum, nullus amicus erit.

Nomine sunt multi, sed re vix unus & alter:

Pagina vestra bonam signet amicitiam.

Candor & integritas conjungat pectora vestra,

Respondens, Præses, semper amicus erit.

Gratulor his captis, virtutem gnæviter arce,

HACKE, & dein referas præmia lauri domum.

Præses amicitia perdulces sentiat olim

Hos tecum fructus, ut sit uterque bonus.

In honorem & benevolentiam docti & politi juvenis,

hæc Jōh; deproperare volui,

Christianus Woldenbergius, Crempa-

Holsat. Phil. J. U. D. & Decretal. PP.



Ad Pereximium DN: RESPONDENTE M,

Amicum & Commens. perquam charum.

VIRTUS Amicum Te mihi dedit carum.

Feliciter! Virtute quisquis innisus

Sua non gravatur expedire felix est,

Felix, amicus quem beat boni cultor;

Sed omnibus felicitate præcollit.

Qvi

Qui vanitates orbis æstimans nauci
Nil præter orbis expetit REDEMPTOREM.
Sit hic amicus, (esto mundus offensus)
Nam solus est bonus, suavis & ædus;
Hunc diligens scientiis abundabit
Omnesq; Doctores, nec hæsito, vincet.

M. A. D. Habichtorst, SS. Th. C.



O mores hominum insanæ, tempora!
Virtutem quis honore sat
Æquo prosequitur, nedum imitetur hanc?
Vel Reges videas licet
Vel cernas patriis bobus agros suos
Versantes, vel in oppidis
Cives, nullus amos invenietur hic,
Non concors animus, fides
Exspiravit enim. Bella tui inde per
Totius faciem soli
Sunt prognata dolor! tempera nostra qua
Infestare quotidie
Non cessant. Sed obe! quo meo me rapis
Exardens Erro pio
Zelo? Quid sit AMOR, quid sit AMICUS, hoc
Monstrans edocet H ACCIUS
Quis verus sit amor, quis sit amicus &
Verus, differit H ACCIUS,
Et dignus niveis quis sit amoribus,
Aryjæq; valere jam
Cum Pæto juber hic Præsides sub suo,
Argutis H ABICHORSTIUM
Et verbis cathedram condecorans, datum
Post exemplar amabitur.

Doctiss. Dn. Resp. Commensali suo gratulante
Pl Rdi Dn. D. COBABI, Math. PP. CONVICTORES,
Interprete

JOH. MAINERO, Curl.

S. 3. Notamus porrò *Affectiones*, quæ
 quirit n. culturam omnium fermè virtutu-
 rum, mansuetudinis, liberalitatis, veritatis, &c.
 Jam verò, quibus virtutes ejusmodi cordi-
 untur; Quin potius reperire licet instabi-
 injustos & tales quos non nisi longo temp-
 (2) *Raritas*, quia tantùm inter bonos est
 exiguus, uti ex jam dictis patescit: quid? quo-
 rum casus perferre capiunt. (3) *Stabilitas*
 quam re stabili nititur (b) est ἀδιάκλητος
 cionibus, nec locum relinquit calumniis
 quod quidem reliquis amicitis accidit Arist-
 vir bonus turpia, quibus dissolvatur vincu-
 neq; ab aliis exigit. Contrarium accidit
 jucunditatem vel utilitatem solum respice-
 rant. Quò etiam referas licet vitream illam
 quæ vel cum vino simul exhalat, vel maj-
 miserias contrahit, unde illud Poëta:

Scilicet exhausto quando fit unio vin-
 Unio causa mali fortè futura nociva

Scilicet exhaustis exhausta est unio po-
 Nec mirum est musto nata perire

(4) *Utilitas*, quia virtute nihil utiliu-
 quasq; pulcherrimas peragendas ut plurim-
 ditas, quia virtute nihil est jucundius, neq;
 nisi quæ virtute nititur, vel ex ejusdem a-
 perfectio, quam ex jam dictis satis superq; c-

S. 4: Addimus tandem causas & quid
 dicimus virtutis vel probitatis cognitionem
 Liberè enim è multis eligimus quem bonu-
 credamus, dignum exploravimus. Alii causa
 non nulli Fatum, multi Naturam, quidam
 societatem in honoribus & rebus tum secu-
 indigentiam, ille oblectationem & utilitat-
 illis sentiamus brevitatis studiosi paucis ta-

ultas: Re-
 atia, justi-
 odoris &c.
 q; inveni-
 tulators,
 ognoscas.
 erus valdè
 os amico-
 rtute tan-
 oxia suspi-
 querelas,
 & 13. (c)
 perpetrat,
 rum, qui
 is conspi-
 ntraeam,
 alum aut

lis ad res:
 (5) *Jucun-*
 s solida,
 itur. (6)

em quam
 tionem.
 s secreta
 ortunam,
 nem aut
 eris, hic
 quid de
 nus. Ni-
 mirum

